

SACREMENT DU BAPTÊME

Extrait du rituel Romain Latin-Français de 1962

Pour les diocèses de langue française

Texte augmenté du rituel du baptême par étapes

Publié le 16 avril 1962

[1^{er} degré – Baptême par étapes]

1. Au pied de l'autel

1. *Le prêtre, revêtu du surplis, de l'étole et de la chape violette, se rend au pied de l'autel avec ses ministres, et à genoux, demande humblement à Dieu d'être digne d'administrer un tel sacrement ; il implore l'aide divine, puis se relève, se signe et dit :*

2.

V. Deus in adjutórium meum inténde.

R. Dómine ad adjuvándum me festína.

V. Gloria Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípío, et nunc et semper : et in sæcula sæculórum. Amen.

2. *Puis il continue avec le clergé présent :*

Ant. Effúndam super vos aquam mundam, et mundabímini ab ómnibus inquinaméntis vestris, dicit Dóminus.

Psaume 8

Dómine, Dóminus noster, * quam admirábile est nomen tuum in univérſa terra !

Quóniam eleváta est magnificéntia tua * super cælos.

Ex ore infántium et lacténtium perfecísti laudem propter inimícos tuos, * ut déstruas inimícum et ultórem.

Quóniam vidébo cælos tuos, ópera digitórum tuórum : * lunam et stellas, quæ tu fundásti.

Quid est homo quod memor es eius ? * aut fílius hóminis, quóniam víſitas eum ?

Minuísti eum paulo minus ab Angelis, Dómine, Dóminus noster, * quam admirábile est nomen tuum in univérſa terra !

Quóniam eleváta est magnificéntia tua * super cælos.

Ex ore infántium et lacténtium perfecísti laudem propter inimícos tuos, * ut déstruas inimícum et ultórem.

Quóniam vidébo cælos tuos, ópera digitórum tuórum : * lunam et stellas, quæ tu fundásti.

Quid est homo quod memor es eius ? * aut fílius hóminis, quóniam víſitas eum ?

Minuísti eum paulo minus ab Angelis, glória et honóre coronásti eum : * et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subiecísti sub pédibus eius, * oves et boves univérſas : ínſuper et pécora campi.

Vólucres cæli, et pisces maris, * qui perámbulant sémitas maris.

Dómine, Dóminus noster, * quam admirábile est nomen tuum in univérſa terra !

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculórum.
Amen.

Psaume 28

Afférte Dómino, filii Dei : * afférte Dómino filios aríetum.

Afférte Dómino glóriam et honórem, afférte Dómino glóriam nómini
eius : * adoráte Dóminum in átrio sancto eius.

Vox Dómini super aquas, Deus maiestátis intónuit : * Dóminus super
aquas multas.

Vox Dómini in virtúte : * vox Dómini in magnificéntia.

Vox Dómini confringéntis cedros : * et confrínget Dóminus cedros Líba-
ni.

Et commínuet eas tamquam vítulum Líbani : * et diléctus quemádmódum
fílius unicórnium.

Vox Dómini intercidéntis flammam ignis : * vox Dómini concutiéntis
desértum : et commovébit Dóminus desértum Cades.

Vox Dómini præparántis cervos, et revelábit condénsa : * et in templo
eius omnes dicent glóriam.

Dóminus dilúvium inhabitáre facit : * et sedébit Dóminus Rex in æté-
rnum.

Dóminus virtútem pópulo suo dabit : * Dóminus benedícet pópulo suo in
pace.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculórum.
Amen.

Psaume 41

Quemádmódum desíderat cervus ad fontes aquárum : * ita desíderat ánima mea ad te, Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem vivum : * quando véniam, et apparébo ante fáciem Dei ?

Fuérunt mihi lácrimæ meæ panes die ac nocte : * dum díctur mihi quotidie : Ubi est Deus tuus ?

Hæc recordátus sum, et effúdi in me ánimam meam : * quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, usque ad domum Dei.

In voce exsultatiónis, et confessiónis : * sonus epulántis.

Quare tristis es, ánima mea ? * et quare contúrbas me ?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : * salutáre vultus mei, et Deus meus.

Ad meípsum ánima mea conturbáta est : * proptérea memor ero tui de terra Iordánis, et Hermóniim a monte módico.

Abyssus abyssum ínvocat, * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excélsa tua, et fluctus tui * super me transiérunt.

In die mandávit Dóminus misericórdiam suam : * et nocte cánticum eius.

Apud me orátio Deo vitæ meæ, * dicam Deo : Suscéptor meus es.

Quare oblítus es mei ? * et quare contristátus incédo, dum afflígit me inimícus ?

Dum confringúntur ossa mea, * exprobravérunt mihi qui tríbulant me inimíci mei.

Dum dicunt mihi per síngulos dies : Ubi est Deus tuus ? * quare tristis es, ánima mea ? et quare contúrbas me ?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : * salutáre vultus mei, et Deus meus.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculórum.

Amen

Ant. Effúndam super vos aquam mundam, et mundabímini ab ómnibus inquinaméntis vestris, dicit Dóminus.

3. Après la répétition de l'antienne, la prière se fait plus pressante :

Kýrie, eléison.

Christe, eléison.

Kýrie, eléison.

Pater noster (secreto).

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed líbera nos a malo.

V. Domine, exáudi oratiónem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Omnipotens, sempitérne Deus, qui dedísti fámulis tuis in confessióne veræ fídei, æternæ Trinitátis glóriam agnóscere, et in poténtia majestátis adoráre unitátem : quæsumus ; ut, ejúsdem fídei firmitáte, ab ómnibus semper muniámur advérsis.

Orémus. Adésto supplicatió nibus nostris, omnípotens Deus : et quod humilitátis nostræ geréndum est ministério, tuæ virtútis impleátur efféctu.

4. Suivant les cas, cette oraison, ainsi que les suivantes sont mises au masculin, au féminin, ou au pluriel.

Orémus. Da, quæsumus, Dómine, Elécto(-æ) nostro(-æ), ut sanctis edóctus(-a) mystériis, et renovétur fonte Baptísmatis, et inter Ecclésiæ tuæ membra numerétur. Per Christum Dóminum nostrum..

R. Amen.

2. À la porte de l'église

5. Le prêtre se rend à la porte de l'église, et se place à l'entrée, le catéchumène étant à l'extérieur, avec son parrain et sa marraine. Le cas échéant, les hommes se placent à droite du prêtre et les femmes à gauche.

Puis le prêtre interroge le catéchumène. S'il y en a plusieurs, l'interrogatoire est individuel jusqu'à l'oraison « Te deprecor ». Le premier soin du prêtre est de donner un nouveau nom, pour le mettre sous le patronage d'un saint : il le fait entrer dans la famille des enfants de Dieu, le place sous sa protection, et lui donne en exemple. La première exhortation est une précatéchèse symbolique, avec la citation des deux commandements qui résument tous les autres, et une introduction au mystère de la Sainte Trinité.

Sacerd. Quo nomine vocáris ?

C. N.

S. N., quid petis ab Ecclésia Dei ?

C. Fidem.

S. Fides, quid tibi præstat ?

C. Vitam ætérrnam.

S. Si vis habére vitam ætérrnam, serva mandáta. Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota ánima tua, et ex tota mente tua, et próximum tuum sicut te ipsum. In his duóbus mandátis tota Lex pendet, et Prophétæ.

Fides autem est, ut unum Deum in Trinitáte, et Trinitátem in unitáte veneréris, neque confundéndo persónas, neque substántiam separándo. Alia est enim persóna Patris, ália Fílii, ália Spíritus Sancti : sed horum trium una est substántia, et nónnisi una Divínitas.

6. Le prêtre interroge sur le degré de renoncement au péché :

S. N., abrenúntias sátanæ ?

C. Abrenúntio.

S. Et ómnibus opéribus ejus ?

C. Abrenúntio.

S. Et ómnibus pompis ejus ?

C. Abrenúntio.

7. Puis il interroge sur la connaissance du symbole de la Foi et des principaux mystères chrétiens :

S. Credis in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem cæli et terræ ?

C. Credo.

S. Credis in Jesum Christum, Filium ejus unicum, Dominum nostrum, natum, et passum ?

C. Credo.

S. Credis et in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, et vitam æternam ?

C. Credo

8. Le prêtre commence alors les rites libérateurs. En comprimant les lèvres, il souffle trois fois sur le visage du catéchumène : ce geste de mépris, fut celui du Christ pour chasser le démon et ses influences.

S. Exi ab eo (ea), spiritus immunde, et da locum Spiritui Sancto Paráclito.

9. Le prêtre, les lèvres écartées, souffle en forme de croix sur le visage : ce nouveau geste, diffère nettement du précédent ; il manifeste l'effusion du « Souffle de Dieu », le Saint-Esprit.

S. N., accipe Spiritum bonum per istam insufflationem, et Dei bene ✠ dictionem. Pax tibi.

C. Et cum spiritu tuo.

10. Puis, avec son pouce, le prêtre trace une croix sur le front et sur la poitrine du catéchumène : tout chrétien est consacré au Christ, il est marqué de la croix, comme une protection victorieuse contre les attaques futures du démon. Le signe sur le front manifeste que le chrétien ne doit jamais rougir de sa foi ; celui sur le cœur, montre l'amour pour Jésus crucifié.

S. N., accipe signum Crucis tam in fron ✠ te, quam in cor ✠ de : sume fidem cælestium præceptorum. Talis esto moribus, ut templum Dei jam esse possis : ingressusque (ingrèssaque) ecclésiā Dei, evasísse te láqueos mortis, lætus (-a) agnósce.

Si le catéchumène vient du paganisme ou de l'idolâtrie :

S. Horrèsce idóla, respue simulácra.

[Ou, s'il vient du judaïsme :]

S. Horrèsce Judáicam perfídiam, respue Hebráicam superstitiónem.

[Ou, s'il vient de l'islam :]

P. Repoussez l'infidélité musulmane, rejetez le mal d'une religion infidèle.

[Ou, s'il vient d'une hérésie ou d'une secte :]

S. Horrèsce Mahuméticam perfídiam, respue pravam sectam infidelitátis.

Puis il poursuit :

S. Cole Deum Patrem omnipoténtem, et Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sáeculum per ignem.

C. Amen.

Orémus. Te déprecor, Dómine Sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus : ut huic fámulo tuo N., qui (fámulæ tuæ N., quæ) in hujus sáeculi nocte vagátur incértus(-a) ac dúbius(-a), viam veritátis et agnitiónis tuæ júbeas demonstrári : quátenus, reserátis óculis cordis sui, te unum Deum Patrem in Fílio, et Fílium in Patre cum Spíritu Sancto recognóscat, atque hujus confessiόνis fructum, et hic, et in futúro sáeculo percípere mereátur. Per Christum Dóminum nostrum.

C. Amen.

11. Puis, avec son pouce, le prêtre signe l'élú sur le front, sur les oreilles, sur les yeux, sur les narines, sur la bouche, sur la poitrine et sur les épaules. Le signe de la croix est le sceau du Christ, rappel de la rédemption, protection du chrétien. Il aidera le baptisé à rendre témoignage au Christ, à travers chacun de ses sens.

Signo tibi fron ✠ tem, ut suscípias Crucem Dómini.

Signo tibi au ✠ res, ut áudias divína præcépta.

Signo tibi ócu ✠ los, ut vídeas claritátem Dei.

Signo tibi na ✠ res, ut odórem suavitátis Christi séntias.

Signo tibi os ✠, ut loquáris verba vitæ.

Signo tibi pe ✠ ctus, ut credas in Deum.

Signo tibi scá ✠ pulas, ut suscípias jugum servitútis ejus..

Puis le prêtre fait des signes de croix avec sa main sur le corps tout entier, sans le toucher. C'est la consécration du corps comme « temple spirituel », où Dieu va habiter.

Signo te totum in nómine Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti, ut hábeas vitam ætérrnam, *et vivas in sácula sæculórum.*

C. Amen.

Orémus. Preces nostras, quæsumus, Dómine, cleméter exáudi, et hunc Eléctum tuum **N.** (hanc Eléctam tuam **N.**) Crucis Domínicæ impressióne signátum(-am), perpétua virtúte custódi : ut, magnitúdinis glóriæ tuæ rudiménta servans, per custódiam mandatórum tuórum ad regeneratiónis glóriam perveníre mereátur. Per Christum Dóminum nostrum.

C. Amen.

Orémus. Deus, qui humáni géneris ita es cónditor, ut sis étiam reformató, propitiáre pópulis adoptívus, et novo testaménto sóbolem novæ prolis adscríbe : ut fílii promissiónis, quod non potuérunt ássequi per natúram, gáudeant suscepísse per grátiam. Per Christum Dóminum nostrum.

C. Amen.

12. Le prêtre impose la main sur la tête de l'élú, et garde la main étendue. Ce geste d'autorité symbolise la prise de possession par Dieu du catéchumène, en même temps que l'appel à la grâce d'en haut.

Orémus. Omnípotens sempitérne Deus Pater Dómini nostri Jesu Christi, respícere dignáre super hunc fámulum tuum N., quem (hanc fámulam tuam N., quam) ad rudiménta fídei vocáre dignátus es : omnem cæcitátem cordis ab eo (ea) expélle : disrúmpe omnes láqueos sátanæ, quibus fúerat colligátus (-a) : áperi ei, Dómine, jánuam pietátis tuæ, ut, signo sapiéntiæ tuæ imbútus (-a), ómnium cupiditátum fœtóribus cáreat, et ad suávem odórem præceptórum tuórum lætus (-a) tibi in Ecclésia tua desérviat, et profíciat de die in diem, ut idóneus (-a) efficiátur accédere ad grátiam Baptísmi tui, salis percépta medicína. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

C. Amen.

Si le baptême est fait par étapes, c'est alors le premier renvoi :

S. Vade in pace et Dóminus sit tecum.

C. Amen.

[2^{ème} degré – Baptême par étapes]

Si le baptême est fait par étapes, on ajoute l'introduction :

S. Deus in adiutorium meum intende.

C. Domine ad adjuvandum me festina.

S. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

C. Sicut erat in principio, et nunc et semper : et in sæcula sæculorum.
Amen.

13. Si ce n'est pas déjà fait, le prêtre bénit le sel.

14. Si le catéchumène vient de la gentilité, du paganisme ou de l'idolâtrie on dit l'oraison suivante en latin (mais on l'omet pour ceux qui viennent du judaïsme, de l'islam ou de l'hérésie).

Orémus. Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui es, qui eras, et qui permanes usque in finem, cujus origo nescitur, nec finis comprehendere potest : te supplices invocamus super hunc famulum tuum N., quem (hanc famulam tuam N., quam) liberasti de errore gentilium, et conversatione turpissima : dignare exaudire eum, qui (eam, quæ) tibi cervices suas humiliat ad lavacri fontem, ut, renatus (-a) ex aqua et Spiritu Sancto, exspoliatus (-a) veterem hominem, induat novum, qui secundum te creatus est ; accipiat vestem incorruptam, et immaculatam, tibi que Deo nostro servire mereatur. Per Christum Dominum nostrum.

C. Amen.

15. Puis, le prêtre prend du sel bénit, et le dépose dans la bouche du catéchumène. Le sel présage la saveur des aliments divins et préserve de la corruption des vices. Autrefois, cette cérémonie était appelée la « cérémonie du catéchuménat », et les catéchumènes se préparant au baptême étaient alors inscrits sur la liste des « élus » qui pourraient participer aux scrutins solennels d'admission.

S. N., accipe sal sapientiæ : propitiatio sit tibi in vitam æternam.

C. Amen.

S. Pax tibi.

C. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Deus patrum nostrorum, Deus universæ conditor veritatis, te supplices exoramus, ut hunc famulum tuum N. (hanc famulam tuam N.) respicere digneris propitius, et hoc primum pabulum salis gustantem, non diutius esurire permittas, quo minus cibo expleatur cælesti, quatenus sit semper spiritu fervens, spe gaudens, tuo semper nomini serviens. Perduc eum (eam), Domine, quæsumus, ad novæ regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum æterna præmia consequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum.

C. Amen.

Si le baptême est fait par étapes, c'est alors le deuxième renvoi :

S. Vade in pace et Dominus sit tecum.

C. Amen.

16-28. Les étapes préparatoires achevées, viennent alors les trois grands scrutins. Suivant la tradition de l'église, les scrutins des hommes précèdent ceux des femmes, et sont toujours distincts. Chacun des scrutins correspond à une étape (3^{ème}, 4^{ème} et 5^{ème} dans le rituel par étapes).

[3^{ème} degré – Baptême par étapes]

Si le baptême est fait par étapes, on ajoute l'introduction :

S. Deus in adiutorium meum intende.

C. Domine ad adiuuandum me festina.

S. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

C. Sicut erat in principio, et nunc et semper : et in sæcula sæculorum.
Amen.

16. Premier scrutin des hommes (le cas échéant, on passe au n° 22). Le parrain et la marraine ont un grand rôle, puisqu'ils se portent « garants » de la foi de l'élu, et de son instruction, à laquelle ils ont participé, et qu'ils vont continuer par l'exemple de leur vie.

S. Ora, Elécte, flécte gènu, et dic : Pater Noster.

L'élu prie à genoux :

C. Pater noster, qui es in cælis : sanctificetur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut cælo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hódie. Et dimítte nobis débíta nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatiónem : sed líbera nos a malo.

P. Leva, comple oratiónem tuam, et dic : Amen.

C. Amen.

Puis le prêtre dit au parrain :

S. Signa eum.

Et le prêtre dit à l' élu :

S. Accede.

Le parrain fait un signe de croix sur le front de son filleul :

P. In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

17. Le prêtre fait également un signe de croix sur le front de l' élu :

S. In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Puis le prêtre impose la main à l' élu, et dit, en tenant la main étendue :

Orémus. Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus, qui Móysi fámulo tuo in monte Sínai apparuísti, et fílios Israël de terra Ægýpti eduxísti, deputans eis Angelum pietátis tuæ, qui custodíret eos die ac nocte : te quæsumus, Dómine ; ut mittere dignéris sanctum Angelum tuum de cælis, qui simíliter custódiat et hunc fámulum tuum N. et perdúcat eum ad grátiam Baptísmit tui. Per Christum Dóminum nostrum.

C. Amen.

Le prêtre prononce le premier exorcisme : avant de consacrer l' élu à Dieu par le baptême, il chasse, par des prières spéciales, le démon. Il y aura des exorcismes à chaque étape, afin de repousser progressivement l' empire du mal, et de redonner pleine possession à Dieu.

S. Ergo, maledícite diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spíritui Sancto, et recéde ab hoc fámulo Dei N., quia istum sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, et benedictiónem, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est : et hoc signum sanctæ Cru ✠ cis, quod nos fronti ejus damus, tu, maledícite diábole, numquam áudeas violáre. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem.

C. Amen.

22. Premier scrutin des femmes (omis le cas échéant) :

S. Ora, Elécta, flécte génua, et dic : Pater Noster.

L'élue prie à genoux :

C. Pater noster, qui es in cælis : sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut cælo et in terra. Panem nostrum quodiánum da nobis hódie. Et dimítte nobis débíta nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatiónem : sed líbera nos a malo.

P. Leva, comple oratiónem tuam, et dic : Amen.

C. Amen.

Puis le prêtre dit au parrain ou à la marraine :

S. Signa eam.

Et le prêtre dit à l'élue :

S. Accede.

Le parrain ou la marraine fait un signe de croix sur le front de sa filleule :

P. seu M. In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

23. Le prêtre fait également un signe de croix sur le front de l'élue :

S. In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Puis le prêtre impose la main à l'élue, et dit, en tenant la main étendue :

Orémus. Deus cæli, Deus terræ, Deus Angelórum, Deus Archangelórum, Deus Patriarchárum, Deus Prophetárum, Deus Apostolórum, Deus Mártyrum, Deus Confessórum, Deus Vírginum, Deus ómnium bene vivéntium, Deus, cui omnis lingua confitétur, et omne genu fléctitur, cæléstium, terréstrium, et infernórum : te ínvoco, Dómine, super hanc fámulam tuam N., ut eam custodíre, et perdúcere dignéris ad grátiam Baptísmi tui. Per Christum Dóminum nostrum.

C. Amen.

Premier exorcisme :

P. S. Ergo, maledícite diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spíritui Sancto, et recéde ab hac fámula Dei N., quia istam sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, et benedictiónem, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est : et hoc signum sanctæ Cru ✠ cis,

SACREMENT DE BAPTÊME

quod nos fronti ejus damus, tu maledícite diábole, numquam áudeas violáre. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sǎculum per ignem.

C. Amen.

Si le baptême est fait par étapes, c'est alors le troisième renvoi :

S. Vade in pace et Dóminus sit tecum.

C. Amen.

[4^{ème} degré – Baptême par étapes]

Si le baptême est fait par étapes, on ajoute l'introduction :

S. Deus in adiutorium meum intende.

C. Domine ad adjuvandum me festina.

S. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

C. Sicut erat in principio, et nunc et semper : et in sæcula sæculorum.
Amen.

18. Deuxième scrutin des hommes (le cas échéant, on passe au n°24) :

S. Ora, Elécte, flécte génua, et dic : Pater Noster.

L'élú prie à genoux :

C. Pater noster, qui es in cælis : sanctificetur nomen tuum. Advénia regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut cælo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hódie. Et dimítte nobis débíta nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatiónem : sed líbera nos a malo.

S. Leva, comple oratióem tuam, et dic : Amen.

C. Amen.

Puis le prêtre dit au parrain :

S. Signa eum.

Et le prêtre dit à l' élu :

S. Accede.

Le parrain fait un signe de croix sur le front de son filleul :

P. In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

19. Le prêtre fait également un signe de croix sur le front de l' élu :

Prêtre. Au nom du Père, et du Fils, et du Saint-Esprit.

Puis le prêtre impose la main à l' élu, et dit, en tenant la main étendue :

Orémus. Deus, immortalé præsídium ómnium postulántium, liberátio súpplicum, pax rogántium, vita credéntium, resurréctio mortuórum : te ínvocho super hunc fámulum tuum N., qui, Baptísmi tui donum petens, ætérrnam cónsequi grátiam spirituáli regeneratióne desíderat : áccipe eum, Dómine, et quia dignátus es dícere : Pétite, et accipiétis ; quáerite, et inveniétis ; pulsáte, et aperiétur vobis : peténti præmium pórrige, et jánuam pande pulsánti, ut, ætérrnam cæléstis lavácri benedictiónem consecútus, promíssea tui múnerys regna percípiat : Qui cum Patre, et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus, in sácula sæculórum.

C. Amen.

Deuxième exorcisme :

P. S. Audi, maledícite sátana, adjurátus per nomen ætérrni Dei, et Salvatóris nostri Jesu Christi Fílii ejus, cum tua victus invídia, tremens, geménsque discéde : nihil tibi sit commúne cum servo Dei N., jam cæléstia cogitánte, renuntiáturo tibi et sáculo tuo, et beátæ immortalitáti victúro.

Da igitur honorem adveniēti Spirítui Sancto, qui, ex summa cæli arce descēdens, proturbátis fráudibus tuis, divíno fonte purgátum pectus, sanctificátum Deo templum et habitáculum perfíciat : ut, ab ómnibus pénitus nóxiis præteritórum criminum liberátus, servus Dei grátias perénni Deo réferat semper, et benedícat nomen sanctum ejus in sácula sæculórum.

C. Amen.

24. Deuxième scrutin des femmes (omis le cas échéant) :

S. Ora, Elécta, flécte génua, et dic : Pater Noster.

L'élue prie à genoux :

C. Pater noster, qui es in cælis : sanctificétur nomen tuum. Advénia re-
gnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut cælo et in terra. Panem nostrum quo-
tidíanium da nobis hódie. Et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos
dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatiónem : sed
líbera nos a malo.

P. Leva, comple oratiónem tuam, et dic : Amen.

C. Amen.

Puis le prêtre dit au parrain ou à la marraine :

P. Signa eam.

Et le prêtre dit à l'élue :

S. Accede.

Le parrain ou la marraine fait un signe de croix sur le front de sa filleule :

P. seu M. In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

23. Le prêtre fait également un signe de croix sur le front de l'élue :

S. In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Puis le prêtre impose la main à l'élue, et dit, en tenant la main étendue :

Orémus. Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus, qui Móysi fámulo tuo in monte Sínai apparuísti, et fílios Israël de terra Ægýpti eduxísti, deputans eis Angelum pietátis tuæ, qui custodíret eos die ac nocte : te quæsumus, Dómine ; ut mittere dignéris sanctum Angelum tuum de cælis, qui simíliter custódiat et hunc fámulam tuam N. et perdúcat eam ad grátiam Baptísmini tui. Per Christum Dóminum nostrum.

C. Amen.

Deuxième exorcisme :

S. Ergo, maledícite diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spíritui Sancto, et recéde ab hac fámula Dei N., quia istam sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, et benedictiónem, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est : et hoc signum sanctæ Cru ✠ cis, quod nos fronti ejus damus, tu, maledícite diábole, numquam áudeas violáre. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem.

C. Amen.

Si le baptême est fait par étapes, c'est alors le quatrième renvoi :

S. Vade in pace et Dóminus sit tecum.

C. Amen.

[5^{ème} degré – Baptême par étapes]

Si le baptême est fait par étapes, on ajoute l'introduction :

S. Deus in adiutorium meum intende.

C. Domine ad adjuvandum me festina.

S. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

C. Sicut erat in principio, et nunc et semper : et in sæcula sæculorum.
Amen.

20. Troisième scrutin des hommes (le cas échéant on passe au n° 26) :

S. Ora, Elécte, flécte génua, et dic : Pater Noster.

L'élue prie à genoux :

C. Pater noster, qui es in cælis : sanctificetur nomen tuum. Advénia regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut cælo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hódie. Et dimítte nobis débíta nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatiónem : sed líbera nos a malo.

S. Leva, comple oratióem tuam, et dic : Amen.

C. Amen.

Puis le prêtre dit au parrain :

S. Signa eum.

Et le prêtre dit à l'écu :

S. Accede.

Le parrain fait un signe de croix sur le front de son filleul :

P. In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

19. Le prêtre fait également un signe de croix sur le front de l'écu :

S. In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Puis le prêtre impose la main à l'écu, et dit, en tenant la main étendue (troisième exorcisme) :

Exorcízo te, immúnde spíritus, in nómine Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti, ut éxeas, et recédas ab hoc fámulo Dei N. : Ipse enim tibi ímperat, maledícite, damnáte, qui pédibus super mare ambulávit, et Petro mergénti dexteram porréxit.

Ergo, maledícite diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spíritui Sancto, et recéde ab hoc fámulo Dei N., quia istum sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, et benedictiónem, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est : et hoc signum sanctæ Cru ✠ cis, quod nos fronti ejus damus, tu, maledícite diábole, numquam áudeas violáre. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sáeculum per ignem.

C. Amen

26. Troisième scrutin des femmes (omis le cas échéant) :

S. Ora, Elécta, flécte génua, et dic : Pater Noster.

L'élue prie à genoux :

C. Pater noster, qui es in cælis : sanctificétur nomen tuum. Advénia regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut cælo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hódie. Et dimítte nobis débíta nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatióem : sed líbera nos a malo.

S. Leva, comple oratióem tuam, et dic : Amen.

C. Amen.

Puis le prêtre dit au parrain ou à la marraine :

S. Signa eam.

Et le prêtre dit à l'élue :

S. Accede.

Le parrain ou la marraine fait un signe de croix sur le front de sa filleule :

P. seu M. In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

27. Le prêtre fait également un signe de croix sur le front de l'élue :

S. In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Puis le prêtre impose la main à l'élue, et dit, en tenant la main étendue (troisième exorcisme) :

S. Exorcízo te, immúnde spíritus, per Pa ✠ trem, et Fí ✠ lium, et Spíritum ✠ Sanctum, ut éxeas, et recédas ab hac fámula Dei N. : Ipse enim tibi ímperat, maledícite damnáte, qui cæco nato óculos apérui, et quatríduánum Lázarus de monuménto suscitávit.

Ergo, maledícite diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spíritui Sancto, et recéde ab hac fámula Dei N., quia istam sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, et benedictiónem, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est : et hoc signum sanctæ Cru ✠ cis, quod nos fronti ejus damus, tu, maledícite diábole, numquam áudeas violáre. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sǎculum per ignem.

C. Amen.

28. Le prêtre impose la main sur la tête de l'élue, et dit en tenant la main étendue :

Orémus. Ætérrnam, ac justíssimam pietátem tuam déprecor, Dómine sancte, Pater omnípotens, æéterne Deus, auctor lúminis et veritátis, super hunc fámulum tuum N. (hanc fámulam tuam N.), ut dignéris eum (eam) illumináre lúmine intelligéntiæ tuæ : munda eum (eam), et sanctífica : da ei sciéntiam veram, ut, dignus(-a) efficiátur accédere ad grátiam Baptísmi tui, téneat firmam spem, consílium rectum, doctrínam sanctam, ut aptus (-a) sit ad percipiéndam grátiam tuam. Per Christum Dominum nostrum.

C. Amen.

SACREMENT DE BAPTÊME

Si le baptême est fait par étapes, c'est alors le cinquième renvoi :

S. Vade in pace et Dóminus sit tecum.

C. Amen.

[6^{ème} degré – Baptême par étapes]

3. Dans l'église

Si le baptême est fait par étapes, on ajoute l'introduction :

S. Deus in adiutorium meum intende.

C. Domine ad adiuuandum me festina.

S. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

C. Sicut erat in principio, et nunc et semper : et in saecula saeculorum.
Amen.

29. Le prêtre prend de sa main gauche la main droite de l'élu, ou lui donne à prendre l'extrémité gauche de son étole, et l'introduit dans l'église. Cette entrée officielle dans l'église (paroissiale) symbolise l'entrée dans l'Eglise, corps mystique du Christ : on devient chrétien, enfant de Dieu !

S. N., ingredere in sanctam ecclesiam Dei, ut accipias benedictionem caelestem a Domino Jesu Christo, et hab eas partem cum illo et Sanctis ejus.

C. Amen.

30-32. Une fois entré, l'élu s'agenouille, se prosterne sur le sol et adore. Quand il se relève, le prêtre lui impose la main en silence. Puis le prêtre récite avec l'élu le Credo et le Pater. Le Credo est le résumé des vérités de la foi révélée par le Christ et transmis par les apôtres ; le Pater est la prière la plus parfaite, apprise par Jésus à ses apôtres

Credo in Deum, Patrem omnipotentem, Creatorem cæli et terræ. Et in Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum : qui concéptus est de Spíritu Sancto, natus ex María Vírgine, passus sub Póntio Piláto, crucifíxus, mórtuus, et sepúltus : descendit ad ínferos ; tértia die resurrexit a mórtuis ; ascendit ad cælos ; sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis : inde ventúrus est judicáre vivos et mórtuos. Credo in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclesiám cathólicam, Sanctórum communiónem, remissionem peccatórum, carnis resurrectionem, vitam ætérnam. Amen.

Pater noster, qui es in cælis : sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut cælo et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie. Et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatiónem : sed líbera nos a malo. Amen.

33. Avant d'entrer dans le baptistère, le prêtre impose à nouveau la main à l'élue, et dit, la main étendue, le quatrième exorcisme. Chaque exorcisme chasse le démon du domaine qu'il usurpait, pour laisser la place à Dieu, qui vient faire dans l'âme son temple saint.

S. Nec te latet, sátana, imminére tibi pœnas, imminére tibi torménta, imminére tibi diem judícii, diem supplicii sempitérni ; diem, qui ventúrus est velut clíbanus ardens, in quo tibi, atque univérsis ángelis tuis præparátus sempitérnus erit intéritus. Proínde, damnáte atque damnánde, da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, da honórem Spíritui Sancto Paráclito, in cujus nómine atque virtúte præcípío tibi, quicúmque es, spíritus immúnde, ut éxeas, et recédas ab hoc famulo Dei N., quem (hac famula Dei N., quam) hódie idem Deus et Dóminus

noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam et benedictiónem, fonté-
mique Baptísmatis dono vocáre dignátus est : ut fiat ejus templum per
aquam regeneratiónis in remissiónem ómnium peccatórum. In nómine
ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et
mórtuos et sáeculum per ignem

C. Amen.

*34. Comme Jésus le fit pour ouvrir les sens du sourd-muet, le prêtre
prend de sa salive sur son pouce, et touche l'oreille droite puis l'oreille
gauche de l'élu. Puis il touche de même ses narines :*

S. Ephphéta, quod est, Adaperíre.

S. In odórem suavitátis. Tu autem effugáre, diábole ; appropinquábit
enim judícium Dei.

35. Puis le prêtre interroge à nouveau :

S. Quis vocáris ?

C. N. (Nomen et cognomen)

S. N., abrenúntias sátanæ ?

C. Abrenúntio.

S. Et ómnibus opéribus ejus ?

C. Abrenúntio.

S. Et ómnibus pompis ejus ?

C. Abrenúntio.

36. Avec l'huile des catéchumènes, le prêtre fait une onction en forme de croix sur la poitrine et entre les épaules de l'élu : l'huile symbolise la force, qui vient habiter ce nouvel athlète de la foi. L'onction sur la poitrine signifie qu'il devra aimer Dieu avec force, et l'onction sur les épaules, qu'il devra porter courageusement sa croix

P. Ego te línio ✠ óleo salútis in Christo Jesu Dómino nostro, ut hábeas vitam ætétnam.

C. Amen.

S. Pax tibi.

C. Et cum spiritu tuo.

37. Le prêtre essuie ses doigts et les onctions avec un coton, et poursuit (cinquième exorcisme) :

S. Exi, immúnde spíritus, et da honórem Deo vivo et vero. Fuge, immúnde spíritus, et da locum Jesu Christo Fílio ejus. Recéde, immúnde spíritus, et da locum Spirítui Sancto Paráclito.

Si le baptême est fait par étapes, c'est alors le sixième renvoi :

P. Vade in pace et Dóminus sit tecum.

C. Amen.

[7^{ème} degré – Baptême par étapes]

3. Au baptistère

A la suite de la grande tradition chrétienne antique, il est hautement souhaitable que cette étape soit accomplie lors de la Vigile Pascale, après la bénédiction solennelle de l'eau baptismale. La cérémonie trouve tout son sens dans le mystère pascal, en accompagnant le Christ dans sa mort et son pardon des péchés, pour renaître d'une nouvelle vie, sainte et éternelle, dans la Résurrection.

Si le baptême est fait par étapes, on ajoute l'introduction :

S. Deus in adiutorium meum intende.

C. Domine ad adjuvandum me festina.

S. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

C. Sicut erat in principio, et nunc et semper : et in sæcula sæculorum.
Amen.

38. Entré dans les fonts baptismaux, le prêtre, revêtu de l'étole et de la chape blanche, symbole de joie (après le violet de la tristesse et de la pénitence) interroge l'élu sur le symbole de la Foi, puis sur son désir du Baptême :

S. Quis vocáris ?

C. N. (Nomen et cognomen)

S. N., credis in Deum Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli et terræ ?

C. Credo.

S. Credis in Jesum Chrístum Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum, natum, et passum ?

C. Credo.

S. Credis et in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiám cathólicam, Sanctórum communióem, remissióem peccatórum, carnis resurrectionem, et vitam ætérnam ?

C. Credo.

P. N., quid petis ?

C. Baptísmum.

P. Vis baptizári ?

C. Volo.

39. Le parrain et la marraine touchant l'élú à l'épaule, le prêtre verse par trois fois, en forme de croix, l'eau baptismale sur sa tête. En même temps, il prononce les paroles sacramentelles. L'eau lave l'âme du péché originel et lui rend sa toute sa pureté, pour une vie nouvelle, avec Jésus.

P. N., ego te baptízo in nómine Pa ✠ tris, et Fí ✠ ii, et Spíritus ✠ Sancti.

40-41. Le prêtre prend du Saint-Chrême, et oint le sommet de la tête du baptisé en forme de croix (l'onction sur le front aura lieu lors de la confirmation). Le baptême fait de nous les membres de l'Eglise du Christ,

l'Oint par excellence : Christ signifie « celui qui a reçu l'onction ». Et le Chrétien est un « oint », un disciple du Christ

S. Deus omnípotens, Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui te regenerávit ex aqua et Spíritu Sancto, quique dedit tibi remissionem ómnium peccatórum, ipse te líniat ✠ Chrísmate salútis in eódem Christo Jesu Dómino nostro in vitam ætérrnam.

N. Amen.

S. Pax tecum.

N. Et cum spiritu tuo.

42. Le prêtre remet au néophyte le vêtement blanc, qu'il pourra porter en public pendant huit jours. Ce vêtement blanc symbolise la pureté de l'âme, lavée du péché.

S. Accipe vestem cándidam, quam pérferas immaculátam ante tribúnal Dómini nostri Jesu Christi, ut hábeas vitam ætérrnam.

N. Amen.

43. Le néophyte met le vêtement blanc par-dessus ses anciens vêtements, avec l'aide de son parrain ou de sa marraine. Puis le prêtre lui remet, dans sa main droite, un cierge allumé au cierge pascal. Le cierge est le symbole de la foi, lumière du chrétien pour sa vie entière.

S. Accipe lámpadem ardéntem, et irreprehénsibilis custódi Baptísmum tuum : serva Dei mandáta, ut, cum Dóminus vénerit ad núptias, possis

occúrrere ei una cum ómnibus Sanctis in aula cælésti, et vivas in sæcula sæculórum.

C. Amen.

44-50. Le néophyte garde le cierge à la main jusqu'à la fin de la cérémonie ; le prêtre termine en énonçant le plus beau des souhaits :

S. N., vade in pace, et Dóminus sit tecum.

C. Amen.

51-52. Si cela est possible, le néophyte reçoit immédiatement le sacrement de confirmation ; si une messe suit, comme lors de la Vigile Pascale, il reçoit également la Sainte Communion.